

mum sit testimonium. Miror Tuam  
musicae combinatoriae cognitionem.  
Miror illustre a natura Tibi datum  
ingenium musicum. Miror Te CO-  
MITEM nihilo secius tantos in mu-  
sica fecisse profectus. Certamen  
illud musicum, *concerto* ciues Tui  
appellant, atque cantilena, uoce  
sola, tibia Germanica nempe cum  
Basso, ut musici loquuntur, modulan-  
te, a Te, GENEROSISSIME  
DÓMINE, me praesente compo-  
sitae, atque usui meo destinatae, et  
magnae Tuae musicae cognitionis,  
et gratiae erga me, luculentissima  
semper mihi erunt documenta. De  
caeteris Tuis et animi, et corporis,  
Virtutibus, hic nihil dicendum, censeo,  
ne adulacionis Tibi speciem praebeam,

a